

parabilibus in realiena factis, in illis nullum jus melioranti competit in specie ratione domini...

Contra vero opinio ipsius meliorantis favore etiam in ipsa Curia, que in hac materia omnium rigorosior est...

BONONIENS. DOMUNCULARUM PRO MONASTERIO S. PROCULI CUM HÆREDIBUS ALEXANDRI DE GOTTIS.

Causa disputata per Rotam pro Heredibus. De eadem materia refectionis melioramentorum, ad quam Dominus terminata emphyteusi, vel locatione tenetur hæredibus emphyteutæ, vel conductoris.

S U M M A R I U M.

- 1 Falli series,
2 Resolutiones causas, earumque ratio,
3 Quomodo intelligenda sit conclusio super refectione melioramentorum,
4 De concessione, vel conductio ad vitam,
5 De argumentis melioratum esse absque animo repetendi,
6 Quod non debeat attendi formalitas verborum,
7 Quod res iudicat in specie fortuiti, & de diversitate, que inter ipsas dignoscitur,
8 De pacto devolutionis etiam melioramentorum, & quomodo intelligendum, sive regulandum sit.

D I S C. LXXII.

Cum Alexander de Gottis conductas teneret tres domunculas Monasterii, cuperet autem eas ad meliorem formam reducere, tam pro habitatione propria...

tentia prævia dec. 27. Jun. 170. commissaque causa cor. Boulemont, cum clausula constito de tribus, sub die 8. Febr. 1711.

Huiusmodi resolutionum fundamentum fuit conclusio præcedenti insinuata, atque in decisionibus plenè exornata, quod scilicet ubi devolutio non fit culpa, sed casuali...

Scribens autem pro Monasterio, admittēbam huius assumpti, vel conclusionis veritatem, Negabam vero ejus applicationem, ideoque reflectendo ad solam veritatem, resolutiones non placuerunt, neque intellectus eis acquiescere poterat.

Dicebam siquidem, quod dicta conclusio rectè procedit in illis melioramentis, quæ bona fide fiant per datarium, vel emphyteutam, sive livellarium, aut conductorem...

Hæc autem extranea esse dicebam ab hac facti specie, dum agebatur de expressa locatione ad vitam certarum personarum, jam viventium, adeo ut visa unius complicitate cum illa aliorum, si demque esset cunctis contemporaneis...

Sive etenim procedendum esset cum computatione textus in l. hereditatis, ff. ad leg. falcid. sive cum altero vite hominis calculo probabili, de quo sub tit. de Regal. disc. 20. & sub tit. de Donat. disc. 34. & alibi.

Alias etenim esset dare inconveniens, quod Dominorum conductores pro eorum majori commoditate, vel oblectamento, sive ad effectum, ita se convenerint in eorum retentione, invito locatore facere possent magna conservare velit.

Taxa vero conventionalis, erogandi scilicet in melioramenta summam certam scutorum quingentum, erat quidem neces-

necessaria affirmativè, ac scilicet conductor deberet hanc summam præcisè erogare tanquam per speciem partis pensionis, sed non statim taxativè, ita & taliter, ut quicquid ultre-ius ex libito conductoris impenderetur, refectionem esset, dum facti qualitas potius suadebat, ut id animo donandi, seu verius pro fine propriæ commoditatis, & fructibus ad vitam sequutum esset.

Eoque magis hoc iudicium asperum visum est quoniam ipse principalis conductor, nec vivens, nec mortuus declaravit id scilicet animo repetendi, ac propterea iste actus negativus non declarationis, comprobare potius videbatur dictam voluntatem non repetendi, cuius revera potius, quàm juris ista questio esse videtur, ac propterea multò minus intellectus acquiescebat, sed e converso considerando, quod per quatuor instantias, conforme iudicium sequutum erat, id non improbabile inferebat credulitatem, ut hæc non acquiescencia, seu non captivatio, à proprii ingenii hebetudine, vel incapacitate proveniret.

Item in decisionibus super editis potissimum fundamentum constituit videtur in formalitate verborum, quod scilicet, dum verba tam conventionis, quàm licentiæ concessæ à Sac. Congr. & præcui desuper proferatur cum narrativa Indigeniæ refectionis, quam monasterium commode facere non posse, refectionis terminum adhibentis, idcirco intelligenda esset conventio intra hos limites, pro restauratione scilicet domus usq; ad priorem statum vel formam, seu usque ad formam impurata erat, atque constructum nobilissimum edificium.

Ista siquidem consideratio nimium levis pro meo iudicio videbatur, ac adeo frequenter insinuato vix, & semper præ oculis habendo assumptum, non toto cortex & figura verborum, sed substantia veritatis attendi debebat, quoniam cum conductor in eadem conductioe, ejus animum expresserit ibi contentum prius non extantem oportum apothecam pro exercitio ejus artis, vel mercature, ac etiam reducenti tres distinctas domunculas ad unam domum pro habitatione propria, & parentum ad vitam, notoriaque sit diversitas structuræ, antiquæ & modernæ, ac etiam majoris luxus, & commoditatis, cum in hoc sæculo splendidius vivant mercatores, & artifices, alique privati, quàm antiquitus facerent nobiles, & magnates, ipsaque antiqui edificiis structura doceret quod illud pro desiderio sine aptum non esset, cum consisteret in tribus adjacentibus domunculis ignobilis structuræ; Hinc ad nihil evidenter constare dicebam, quod illud edificium, quod constructum erat, ab initio fuisset conventum & destinatum, sed quod iuxta consuetas Architectorum, & fabricum illusiones, opinatum esset ut cum prædicta summa perfici potuerit, cum frequentius in fabrica id quod Architecti, & faber dicunt, vix medietatem, vel tertiam partem sufficit, sive quod, circa illa initia, factò minori edificio intra limites dictæ summæ conventæ, paulatim deinde, divitiis conductoris excreverit constructum, pro majori ejus commoditate, vel oblectamento majus edificium sequutum sit, eo modo quo in Urbe præcisè frequens docet in huiusmodi conductoriibus, vel emptoriibus domorum ad vitam; Quinimo etiam in conductoriibus ad annum, vel ad certum tempus, qui tamen non sint faciles ad habitationis mutationes, à decreto Camerali, sive à congruentia pro eorum qualitate assecratis, libenter de proprio ornamenta, vel commoditas faciunt, abique eo quod finita conductioe ista repetitio præcætur, ut de me ipso testari possim.

Fortius verò improbabile hoc iudicium visum est, ob alias oppositas res iudicatas, de quibus supra, disc. 31. & 48. dum agebatur de constructione edificiis ex integro in nudo solo, ac etiam de perpetuis locationibus, in quibus intrat ratio, vel æquitas superius insinuata; Ideoque combinando istius, ac illorum casuum circumstantias, non videtur quomodo in illo intrare deberet refectione, & in illis non; Unde propterea in dies eodemque, verum esse vulgare dictum super facti casum, & quod habent sua sidera lites, quod quæcumque evenit fortuiti casus potius habeant speciem.

Et quævis tam in istius cause decisionibus, quàm in illis alterius de qua d. disc. 48. ejusque supplemento, assignetur ratio differentie, ob diversam verborum formalitatem, & ex primatur quod devolutio sequi deberet etiam cum melioramentis, sive ista expressio quoque accedente, an addit verbum universale, omnibus, nec ne, cum similibus consuetis Juristarum frigiditatibus. Attamen cum huiusmodi formulæ à Notariorum capite, vel formulariis, ut plurimum provenire soleant, hinc proinde perpetuo error iste censendus est, pedagogico, seu grammaticali more in huiusmodi formalitatibus immorari, cum verius attendi debeat substantia verisimilis voluntatis contrahentium, desumenda ex singulorum ca-

Card. de Luca, Lib. IV.

sum qualitate, ac particularibus circumstantiis pro arbitrio boni viri, ponderata potissimè illa ratione, vel æquitate, de qua supra, disc. 30. & alibi pluries, quæ prohibet locupletationem de alieno præter Dominum voluntatem. Ita scilicet ponderando, an notabilium melioramentorum lucrum verè ab initio in consideratione habitum esset tanquam pars pretii, sive tanquam pactum correctivum ad canonis, vel pensionis diminutionem, alize pacta.

Hinc proinde utrumque extremum prædictorum casuum visum est vitiosum, istum scilicet demandandi adumsum integram refectionem in toto eo, quod excederet prædictam summam scutorum quingentum, adeò limitatè, & rigorosè ut intelligenda esset de Scutiis monetæ Bononiæ, non autem Romanæ, ex rationibus, de quibus sub tit. de legat. disc. 40. Et e converso quod magis vitiosum esset alterum extremum de quo in d. disc. 48. super omnino inverisimili lucro totius edificii, constructi in nudo solo, quod ex causa correctiva, & chato pretio etiam ultra proportionem scutorum concessum fuerat, idque ob quandam juris subtilitatem, seu verius ob quandam modernam potius exorbitantiam, ac improbabilem opinionem, ex relictis in supplemento, vel notat. ad d. disc. 48. Verius etenim videtur quod ista censenda sit questio potius facti, & voluntatis, quam juris, idque decidendæ, non cum verborum formalitatibus, & grammaticis significationibus, minusque cum regulis, & propositionibus generalibus, sive cum decisionibus, & doctrinis, quæ diversorum casuum occasione proderint. Sed habendo præ oculis dictam æquitativam rationem prohibentem locupletationem de alieno sine probabili causa, decisio regulanda est pro facti qualitate, singulorumque casuum circumstantiis, ex quibus verisimilis contrahentium voluntas desumenda venit.

ROMANA DEVOLUTIONIS, SEU PRÆTENSÆ DEVOLUTIONIS PALATII PRO BARONE CORNELIO FRANGIPANIO CUM CAPITO SANCTI MARCI.

Causa disputata per Rotam pro Cornelia.

An emphyteuta, vel conductor perpetuus, sive ad certas generationes tenetur ad refectiones, & ad quas, vel potius illæ incumbant Domino directo; Et incidenter de validitate, vel invaliditate concessionis emphyteuticæ, vel conductiois factæ per Ecclesiam, & de operatione centenaria.

S U M M A R I U M.

- 1 Falli series cum resolutione,
2 De centenaria, ejusque effectibus,
3 De benevolentia, vel alterius solemnitate præscriptione, sicut ante à lapsu temporis, & quando cesset,
4 Quod melius sit allegare presumptionem, quàm præscriptionem,
5 Non omnis major oblatio non tuta attendi debet,
6 Transactio non tribuit jus de novo, sed confirmat antiquum,
7 De expensis refectionis incumbentibus emphyteutæ, vel conductoris,
8 Et e converso de expensis, & oneribus incumbentibus Domino,
9 Quod error sit procedere cum generalitatibus,
10 Quod materia remissionis, vel reductionis canonis, vel pensionis,
11 De applicatione ad casum questionis,
12 De differentia casus, in quo refectionum questio sit in fieri, vel pro validitate actus jam facti, & de circumstantiis desuper ponderandis.

D I S C. LXXIII.

Domum in viam Curfus è conspectu, & directo dominio Ecclesie Sancti Marci, emphyteutis, vel locationis titulo possessam per illos de Vincentis, sub annuo canone, vel responzione ducatorum 50. de carolinis utpote devolutam per mortem Petri ultimi de linea masculina Capitulum concessit Palatio, sub majori canone ducatorum 60. Sed lite mota per dicti Petri filias superflitas, devolutum est ad concordiam, per quam eisdem filiabus renovatio facta est pro eodem canone antiquo cum obligatione erogandi in restauratione & melioramenta consimilis ducatoribus centum ad tertiam generationem. Cùmque una ex dictis filiabus, ut in matri-





demium solvendum esset ad rationem decem pro centenario... In hacigitur disputatione, in qua, ob meliorem, magisque...

In hacigitur disputatione, in qua, ob meliorem, magisque distinctam facti notitiam, maturius iudicium pro veritate...

Quatenus itaque pertinet ad primum, dicebam, quod clarum equivoquum videbatur, applicare his terminis illud laudemium...

Idque probabiliter habet rationem, quoniam huiusmodi emolumentum rei substantiam, vel proprietatem non tangit...

Altera est species illius recognitionis, quae, sub isto laudemii vocabulo, vel altero per consuetudinem inposita, solvi solet...

debeat renovationem accipere, five aliis Dominum recognoscere, ad instar illius renovationis, quam in feudis quilibet novus successor obtinere debet...

Et in hac specie laudemii, vel recognitionis, pariter et eiusdem rationibus procedit idem, quod in specie praecedenti est dictum...

Tertia est (magis ad rem nostram) species illius laudemii quod finita investitura solvi debet pro renovacione de necessitate faciendi heredibus...

In ista quoque specie dicendum venit idem quod in praecedenti, cum qua fraternizat, quoniam ista renovatio habet speciem commutationis investiturae...

Quarta species est in casu, in quo pariter investitura sit necessaria, quia nempe Ecclesia non possit amensare, aut pro se retinere, sed ea sit omnino nova...

Praemissa omnianimum comprobante communi consuetudine penes omnium Ecclesiarum Italiae, quoniam excepto isto ultimo casu dictam particularem rationem habente ob canononimum exiguum...

ALBANEN. MELIORAMENTORUM PRO CAPITULO COLLEGIATÆ ARRICLÆ CUM HIERONYMO JULIANO.

Causa disputatus coram A. C. sub incerto exitu.

An & quando Dominus, qui alicui faciat emphyteuticam concessionem, quam facere non valeat ob alterius investituræ durationem teneatur de evictione, vel ad refectorem melioramentorum, aliarumque expensarum.

S U M M A R I U M.

- 1 Falsi series. 2 An in concessione emphyteutica in tres coëctio, & quæ. 3 In iis, quæ obiter dicuntur, proprius non interpretatur sensus. 4 Quando cessionario neque de iure reperit solvitur. 5 De melioramentorum refectione ad quem pertinet. 6 Quo iustitia pro eadem refectione competit. 7 De conclusionibus, quæ semper Capitulum, vel aliud corpus universale est unum, & idem, quatenus persone mutantur. 8 Quomodo adesse dicatur bona, vel mala fides in concedente. 9 In pari causa potior est conditio Rei, & deterior illa actoris.

D I S C. LXXVII.

A Ccepta per Capitulum devolutione Vineæ ob non solutionem canonis, vel responsionis in quinta parte fructuum emolumentum, vel nominatione magnum recipiendo emolumentum, quod pro casuum qualitate sit licitum, & honestum...

Hic tamen non obstantibus, etiam cum aliquo sensu veritatis dicebatur parum probabiliter esse Actoris privationem, quoniam, ubi etiam ageretur de persona privata, quæ contrahere, atque se obligare non esset prohibita, adhuc tamen probabilius videtur, ut promissio evictionis in isto contractu emphyteutico, quous verborum amplitudo, vel ratio doli, seu malæ fidei alter non fundaret, intelligenda veniat...

ius exercere, præstanto se ipsum, vel suos, aut ex præsentatione, vel nominatione magnum recipiendo emolumentum, quod pro casuum qualitate sit licitum, & honestum...

Idemque frequens praxis docet in Curia in officiis venalibus tam respectu Papæ pro tempore, quàm etiam Vicecancellarii, Camerarii, & Penitentiarii, ac etiam Conservatorum Populi Romani priuquam superveniret provilio Innoc. X. ex deductis sub tit. de Regal. disc. 2. & 3. & in aliis pluries, quod scilicet quamvis magnum emolumentum, ex illorum venditione, vel concessione percipiatur, adeo ut speciem pretii habeat, artem ad fructuarium pertinet...

Difficulus vero cadit, non quidem in hac prima inspectione alienationis proprietatis, sed potius in altera preventivæ, & immaturæ perceptionis fructuum pro tempore futuro in supplantationem successorum, in altera superius infinnata distinctionis parte, quando scilicet augetur posset canon, vel responsio ad mensuram, vel proportionem fructuum, ad eum sit quidem nova concessio necessaria, ex eo quod pro populi commoditate, bona non possit per Ecclesiam amensari...

Praemissa omnianimum comprobante communi consuetudine penes omnium Ecclesiarum Italiae, quoniam excepto isto ultimo casu dictam particularem rationem habente ob canononimum exiguum, in huiusmodi renovationum, seu novorum concessionum laudemis, & emolumentis Episcoporum, vel Praelatorum, & Capitulorum fructus, ac redditus in notabili parte consistunt, iuxta casum, de quo d. disc. 8. ubi de consimili taxa decem pro centenario, ac etiam in majori summa aliquando quinquaginta quinque pro centenario, & sic ultra medietatem valoris, supra d. disc. 26. cum plerisque similibus.

In hac item facti specie, ad praemissorum comprobationem valide quod conferre dicebam antiquas Constitutiones Synodales anni 1566, postmodum etiam innovatas, vel approbatas, quoniam cum de tempore istius disputationis adesse centenaria jam completa, ita dicebam allegari posse specificam approbationem Apostolicam, omnemque alium titulum meliorem iuxta pluries infinnata etiam in praecedentibus hoc tit. & præsertim in Romana devolutionis palatii, disc. 73. & sub tit. de alien. & contra. prohib. disc. 2. & 3. & sequens.

ne distinguendo, & pro consilio collectorio modernorum stylo colligit Fulgini d. q. 22. de contr. emp. i.

3 Quiquid etenim sit, de praemissis, ita obiter insinuat; super quibus tamen formalis disputatio habita non est, ob nimium commendabilem Curiae stylium abhorrendi super duas evagationes, atque stricte immorandi super puncto praeciso controversia; ideoque nullum de super ad veritatem efformatum fuit iudicium; Quamvis pertinet ad rem; Cum non agatur de persona privata, quae liberam habeat facultatem promittendi etiam id ad quod non tenetur, sed de Ecclesia, sive Ecclesiastica Universitate, qualis est Capitulum Collegiata, vel Cathedrali; Dicebam, quod etiam benignè illud se gesserat, restituendo promptè dictum interesse intrinsecum pecuniae acceptae, dum de stricta juris censura, non consilio de versione in causam ipsius Capituli, vel Universitatis, & quatenus dicta summa distributa fuisset inter Canonicos illius temporis, quorum neminem de dicto tempore adesse supponebatur, id poni potuisset in contro-

4 tempore adesse supponebatur, id poni potuisset in controtempore adesse supponebatur, id poni potuisset in controtempore adesse supponebatur, id poni potuisset in contro-

5 tempore adesse supponebatur, id poni potuisset in controtempore adesse supponebatur, id poni potuisset in contro-

6 tempore adesse supponebatur, id poni potuisset in controtempore adesse supponebatur, id poni potuisset in contro-

7 tempore adesse supponebatur, id poni potuisset in controtempore adesse supponebatur, id poni potuisset in contro-

8 tempore adesse supponebatur, id poni potuisset in controtempore adesse supponebatur, id poni potuisset in contro-

9 tempore adesse supponebatur, id poni potuisset in controtempore adesse supponebatur, id poni potuisset in contro-

10 tempore adesse supponebatur, id poni potuisset in controtempore adesse supponebatur, id poni potuisset in contro-

11 tempore adesse supponebatur, id poni potuisset in controtempore adesse supponebatur, id poni potuisset in contro-

PISTORIEN. EMPHYTEUSIS PRO MONASTERIO MONIALIUM SANCTIS. SIMAE ANNUNCIATAE.

Responsum pro veritate.

De moneta in qua canon, vel alia responsio solvidebat, Et an eisdem moneta alteratè cedat Domini, vel respectivè emphyteutae commodo, vel incommodo, & quid in possessorio; & incidenter de purgatione morae in solutione canonis.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series. 2 De purgatione morae ob canones non solutos. 3 De moneta in qua canonis solutio fieri debet eiusdemque monetae augmentis. 4 An in possessorio introit ista alteratio monetae. 5 De eodem circa iudicium possessorium. 6 De ratione ob quam in hac materia moneta non praedicitur observantia. 7 Monasteria Monialium quare observantia non praedicitur. 8 Ecclesia agit etiam in possessorio adversus malam alienationem. 9 Quomodo decidi debeat questio, de qua nu. 4. 10 An petatur suppressio eius, quod minus solutum sit de prae-terito.

D I S C. LXXVIII.

Acta per Monasterium Annunciatæ Oppidi Fanani, & concessione in emphyteutem, sive livellum Brunonius nobilibus Pistoriensibus, quorumdam bonorum existentium in Montana eiusdem Civitatis sub annuo canone ducatorum viginti novem annis largorum; Cam observantia dederit dicti canonis solutionem in annuis libris centum duobus constitutibus secutos monetae Romanae triginta, & iulios tres, atque per biennium, & ultra emphyteuta cessassent a solutione; Hinc ex parte Monasterii pro veritate de tribus consulti sui; Primo nempe, an factus esset locus caducitatis; Et quando sic, an post purgati mora; Secundò, quid pro hujus morae purgatione, ac etiam in futurum solvendum esset; Et tertio, an pro iam decessis, & solutis annualitatibus aliqua actio Monasterio competeret pro eo, quod minus solutum esset; Super primo dixi rem esse planam, Romanæ Curiae Advocati responsio indignam, quoniam literaliter in iure dispositum est, ut in emphyteute ecclesiastica per biennale, & in laicali per triennale moram, ista poena incurratur; Et converso autem, hodie planum, ista poena incurratur, ut eadem mora purgari valeat, quoties illa equitas, quae habet purgationem induxit, non resistat, neque sui Domini exinde deterius efficiatur, aut quod universalis loci, vel particularis Domini consuetudo, quae aliquod rationabile habeat movum, aliter non fuaderet, ex deductis supra, d. 46. & aliis; Postiùs verò ubi mora aliquam habeat probabilem excusationem, etiam illam negligentiæ propriae, vel ministeriorum, adeo ut admixtam non habeat dolosam negotiationem dominii, seu speciem rebellionis, iuxta ea, quae agendo de feudatario, non prestante debito tempore reveritum personale, vel reale, habentur sub tit. de feud. disc. 5. Nimium tamen in hoc deferendum videtur locorum, vel Principatum, sive Tribunalium legibus, vel statutis, ideoque subintrat consuetudo error procedentium indefinitè cum solis generalitatibus, ad huiusmodi consideraciones non reflectendo; In hac verò facti specie nulla earum intrabat, ac propterea de plano locum habet regula generalis super morae purgatione.

Ad secundum dixi, quod de stricto iure, canones decessis, & non soluti, ac etiam in futurum decurrendi, offerri, & respectivè solvi debebant in maiori summa, quam de praeterito soluta esset, & sic in valore, seu equivalentia viginti novem ducatorum largorum auri importantium seu nona novem ducatorum largorum auri importantium rationibus, nec Romanæ circiter quinquaginta, ex eisdem rationibus, & fundamentis, de quibus sub tit. de alien. & contr. prohib. disc. 10. & sub tit. de Regal. disc. 126. & seq. & sub tit. de cred. disc. 140. & sub tit. de benef. disc. 89. & sub tit. de pens. disc. 24. & seq. in quibus omnibus, agendo de hac materia alienationis valoris monetae concluditur, quod ubi in contrarium, vel obligationem deducta est moneta vera, non autem ima-

9 gina;

10 gina;

11 gina;

12 gina;

ginatis, tunc augmentum, vel decrementum intrinsecum attendendum est, atque propterea procedi debet cum valore de tempore solutionis, quae de stricta juris censura fieri debet in ipsamet moneta specifica, in contrarium, vel obligationem deducta; Et licet de equitate, quando ipsa solvendi commode haberi non possit, admittatur debitor ad solvendum in moneta regionis, tamen illa debet importare equivalentiam, atque in speciebus agit de isto auro, dicto largo, cuiusque origine, ac de ratione ob quam hodie non sit in usu, ut praesertim d. disc. 10. de alien. & contr. 4.

Verum ponderabam, quod ad effectum de quo agebatur, id recipere posset difficultate contra Monasterium, quod scilicet illa propria, & eceler oblatio, quam emphyteuta pro huiusmodi purgatione morae facere tenetur, facienda esset cum quantitate consueta, non autem cum hac augmento; Siquidem licet vera sit, ac firma praefata theoria, attamen ea respicit petitorium, atque cadit quando debitor vel extingueret censum, vel aliud debitorum cum restitutione fortis, quod etiam praedictè in isto contractu emphyteutae, quia nempe continet pactum, seu facultatem affrancaendi, iuxta d. 39. Franch. & dec. 210. Merl. cum aliis, de quibus supra, sub tit. de serv. ad materiam retrahitur, disc. 87. & seq. Secus autem in possessorio, in quo videtur, quod quemadmodum pretendente debitor solvissè de praeterito in maiori summa, quam eius obligatio importaret, postea creditur pretendere manutentionem in exactione consueta quantitati, in cuius possessione consistat, donec in petitorio per tres conformes, vel rem iudicatam id firmetur; Ita è converso debitor eandem manutentionem petat, ut de facto in materia pensationis pluris praedictum fuit & praesertim in Calaritano, sub tit. de pens. disc. 36.

Idque ex ea congrua ratione, quoniam dari potest casus, quod vel ex legitime observantia praescriptiva illa praestatio, quae sit in obligatione in una specie monetae, fieri debeat in altera specie inferiori iuxta terminos textus in cap. cum olim, de cons. cum concordantibus, de quibus d. disc. 26. & seq. de Regalibus, & disc. 34. de pens. & in aliis locis citatis, sive etiam ut si quid posuerit ex conventionem per quandam speciem concordatæ super futura incerta alteratio auri, quae aequè poterat de habere ad lucrum, & ad damnum, Et per consequens intrat conclusio, de qua d. disc. 44. de iudic. ubi de materia iudicii possessorii, quod scilicet semper quod ad illi potentia justificandi titulum possessionis in petitorio, tam in prima, quam in secunda, vel tertia instantia, & sic donec bonum sui firmatum, seu canonizatum fuerit per rem iudicatam, vel per tres conformes, interim possessore manutendendus est in statu in quo reperitur.

Et quoniam in his praecipuis terminis alienationis huius monetae auri, non de facili ad proximè sit deductibilis observantia praescriptiva iuxta terminos dicti textus in cap. cum olim, de cons. ex ratione loci citatis insinuat, & praesertim d. disc. 10. de alienat. & contr. prohib. & disc. 34. & seq. de pens. quod scilicet illa valoris auri exerescentia paulatim, ac in dies, quia ista in nostro currenti saeculo, eaque in dies, & tempora, nota solum fuit Mercatoribus, & negotiatoribus, non autem aliis privatis, praesertim verò in Civitatibus, & locis parvis, seu non mercantilibus, & multò magis cum ageretur de Monasterio Monialium, ut infra; Nihilominus ponderabam pro ratione dubitandi, quod solutio canonis in dicta uniformi summa librarum 102. referibilis non erat solum ad hanc praescriptionem, sed etiam referibilis erat ad conventionem, seu concordiam, aut titulum in petitorio justificabilem, & per consequens quod incipiendum non erat à spolio, sive ab executione ante iudicatum.

Et converso autem, cum ageretur de Monasterio Monialium, in quo duplex cadebat ratio praescriptivae praerogativae Una scilicet ex dispositione extr. av. Ambrosio super prohibita alienatione bonorum Ecclesiae, dum sub hac prohibitionem alienationis cadit etiam usufructus, seu diminutio huiusmodi canonum, vel censuum ex deductis sub tit. de alien. & contr. prohib. disc. 11. Et altera privilegii pupillariorum, & minorum, aliorumque sub aliena necessaria administratione vivendum; Hinc propterea ob administratum negligentiam ei praedictari non poterit.

Considerandum postiùs primam rationem, sive primum privilegium Ecclesiae, operativum etiam in possessorio, quoniam ob decretum irritans contentum in d. extr. av. Ambrosio, quodlibet possessio habeat pro infecta, eaque non censetur amissa per Ecclesiam, cuius nomine etiam ille met redor, vel administrator, qui alienationem fecit, manutentionem petere potest, multò magis successor ex dedu-

11 gina;

12 gina;

13 gina;

14 gina;

15 gina;

16 gina;

17 gina;

18 gina;

19 gina;

20 gina;

21 gina;

22 gina;

23 gina;

24 gina;

25 gina;